



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronicon Monasterii Bödecensis Ordinis Canonic. Regul.  
S. Augustini in Diœcesi Paderbornensi**

**Probus, Johannes**

**Monachij, 1731**

**VD18 12260568**

Caput XXXI. De Translatione ejus ad suum proprium Monasterium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64645](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64645)

læsionis cooperator fuerat, ad prædictam pænitentiam cum alijs se recusans suscipere, statim à supremo Judice ad aliam pænitentiam subeundam judicatus celeri morte ab hoc mundo sublatuſ erat. Hujus etiam Prioris tempore, quo Monasterium rexit Böddecense, Monasterium Neuffiſiense de Reformatis Regularibus, ſub quo tunc Monasterium B. MEINULPHI cum nonnullis numerō decem conſtitutum erat, Capitulo Windesemensi, prout antea diu desiderabatur, ad perpetuam Colligationem jungebatur.

## C A P U T XXXI.

### *De Translatione ejus ad ſuum proprium Monasterium.*

**P**ostquam præfatus Prior B. MEINULPHI Monasterium in quintum annum laudabiliter rexerat, ac ipsius investitionis domus B. Catharinæ Virginis propè Novimagium ſituatum, proprio Pastore viduata fuit, eadem domus ipsum ad ſe revocans, in Priorem ſibi, prout licuit, præelegit, ubi dum aliquantulum tempus exegerat, in regimine, jam ſeniō confectus ac viribus deſtitutus ultimum clauſit vitaſ ſuā diem, per venturus, ut piē creditur, ad Dominum DEUM, qui omnem diem fecit & conſtituit.

## C A P U T XXXII.

### *Miraculum de monſtruofio Partu.*

**A**udiatur nunc res geſta multūm auditui horrenda postquam enim prædictus Prior bonæ memoriæ, dum adhuc in vita erat, & de Monasterio B. MEINULPHI ad ſuum proprium translatuſ fuerat, & nondum Canonizæ Böddecensi de novo Priore proviſum erat, quidam Militaris Diæcesis Paderbornensis nec DEUM timens nec homines reverens porcos Regularium violenter abegit, & ad Caſtrum ſuum ducens eosdem maſtari fecit. Quo peracto Uxor ejus vicina partui quoddam monſtrum in aliqua ſuī parte ſimile porco parturiſt, ſicut una de obſetricibus, quæ præſentes

K 2

erant,